In Africa loco dicto Henchir Gasrîn, ubi fuit Cillium, in mausoleo quod nuper dirutum est (VIII 217 aliquoties descripta hoc saeculo et superiore). — 1) leg. IV . . . . *vel* leg. IIII . . . *vel* leg. e . . . *apographa; supplevit Domaszewski arch. ep. Mitth. aus Oestr. 10 p. 24 not. 17, collato titulo eph. 5, 1043.*

2659 d. m. | P. Aelio P. f. Ro|mano ex My|sia, 7 leg. III Au. | et VII Cl., XX | V. v. et I Ital.[1], | donis do|nato, de|bellatori | hostium | prov. His. | et Mazicum | reg. Mon|tens.[2], Vale|ria Inge|nua con|iunx cum | Turbone | et Roma|na filis | fec.

Lambaesi (VIII 2786 vidit Wilmanns). — 1) *Centurioni legionis III Augustae et VII Claudiae, XX Valeriae victricis et I Italicae.* — 2) *Mazices gens Maurorum. Fieri potest ut hi Hispaniam vastaverint, cf. supra N. 1354. 1354*[a].

2660 N. Marcio | N. f. Gal. | Plaetorio Celeri | quaest., IIvir., 7 leg. VII | Gemin., 7 leg. XVI Fl. Firm., | donis donato a divo | Traian. bello Parthic. | corona murali torquib. | armillis phalaris, 7 leg. II[1] | Gall., 7 leg. XIIII Gem. Mart. Victr., | 7 leg. VII Cl. p. f., 7 leg. I Adi. p. f., p. p.[2] leg. | eiusd., praeposit. numeror. | tendentium in Ponto Ab|saro[3], trib. coh. III vig., | patron. colon., | d. d.

Abellae (X 1202 vidit Mommsen). — 1) *Scr.* III. — 2) *Primopilo.* — 3) *Cf. Arrian. peripl. 6: ἤλθομεν . . . . . εἰς Ἄψαρον, ἵναπερ αἱ πέντε σπεῖραί εἰσιν ἱδρυμέναι· καὶ τὴν μισθοφορίαν τῇ στρατιᾷ ἔδωκα καὶ τὰ ὅπλα εἶδον καὶ τὸ τεῖχος καὶ τὴν τάφρον καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τοῦ σίτου τὴν παρασκευὴν τὴν ἐνοῦσαν.*

2661 L. Aemilio | L. f. Gal. | Paterno p. p., | praef. fabr., Ɔ leg. VII G., | Ɔ leg. I M., Ɔ leg. VII Cl. [*p. f.*] | Ɔ leg. XIII G., Ɔ coh. X . .[1] [*urb.*], Ɔ coh. IIII pr., CCC[2] leg. II Au[*g.*], et p. p., ter donis donato | ab imp. Traiano torqui bus armillis phaleris | corona vallari bis | in Dacia semel in Par|thia. | Atilia L. fil. Vera be|ne de se merito.

Aesone (hodie Isona) provinciae Tarraconensis (II 4461 ad exemplum accuratum factum saeculo superiore, accurate editum a Labordio). — 1) X *litterae partem exhibet Labordius (non recte cohortem quintam urbanam introduxit Hue., quae nulla umquam fuit).* — 2) *Centurionis notam periisse (et traditur lineola quaedam fuisse eo loco), ita ut Paternus fuerit centurio cohortis quartae praetoriae trecenarius, centurio legionis secundae Augustae, coniecit Mommsen eph. ep. 4 p. 242.*

2662 M. Pompeio M. f. Ani. Aspro | 7 leg. XV Apollinar., 7 coh. III pr., | primop. leg. III Cyren., praef. castr. | leg. XX Victr., | Atimetus lib. pullarius[1] | fecit, et sibi et | M. Pompeio M. f. | Col. Aspro | filio suo, et | M. Pompeio M. f. Col. | Aspro filio minori, | et Cinciae | Saturninae | uxori suae. *(Aquila legionaria, varia dona militaria, cavea in qua pulli duo; a dextra et a sinistra signa militaria cum inscriptione)* coh. III pr.

In agro Tusculano, nunc Romae (XIV 2523 vidit Bormann; imaginem exhibet Zoega bassirilievi I tab. 16 et ex eo Domaszewski die Fahnen im röm. Heere p. 31). — 1) *Ad hunc Atimetum pertinet cavea sub titulo exsculpta, cum reliqua anaglypha spectent ad Asprum.*

2663 Sex. Vibio Gallo tr[e]|cenario[1], primipila|ri, praef. kastror. leg. | XIII Gem., donis dona|to ab imperatoribu[s] | honoris virtutisq. | causa

archive.org